FILOSOFIA
3

Quousque tandem abutêre, Catilina, patientiâ nostrâ? quamdiu etiam furor iste tuus nos eludet? quem ad finem sese effrenata jactabit audacia? nihilne te nocturnum præsidium Palatii, nihil urbis vigiliæ, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? Patêre tua consilia non sentis? constrictam jam omnium horum conscientiâ teneri conjurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consilii *ceperis, quem nostrûm ignorare arbitraris? O tempora, o mores! Senatus hæc intelligit, consul videt: hic tamen vivit. Vivit? immo vero etiam in senatum*

MARCUS TULLIUS CICERO ARPINATENSIS

LATINAE ELOQUENTIAE PATER ET PRINCEPS.

SIENA